



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CLXXI. Markgraf Ludwig der Römer vereignet für sich und seinen Bruder Otto der Stadt Salzwedel eine Hebung aus der Bockhorning - Mühle, am 26. September 1361.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CLXXI. Markgraf Ludwig der Römer vereignet für sich und seinen Bruder Otto der Stadt Salzwedel eine Hebung aus der Bockhorning-Mühle, am 26. September 1361.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod Nos Ludeuicus Romanus, dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusatie, sacri romani imperii Archicamerarius, Comes palatinus Rheni et Bauarie Dux, recognoscimus publice pro nobis illustrique principe Ottone, Marchione Brandenburgensi, fratre nostro karissimo, quod nos prudentibus viris consulibus ac omnibus Gyldis et communitati antique ciuitatis nostre Soltwedel fidelibus nostris dilectis presentibus et futuris dedimus, damus iustoque proprietatis titulo presentibus et donamus proprietatem trium chororum siliginis annui pactus de molendino dicto Bukchornynge deriuantium, ante dictam nostram ciuitatem sito, quos redditus prouida domina Lucia, relicta quondam Jacobi, dicti by dem Sode, cuius ibidem, ad vite ipsius tempora nunc possidet atque tenet, sic quod post mortem dicte domine predicti redditus ad prenotatos consules, Gyldas et ciues presentes et futuros cum omni iure debebunt perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo pertinere et sine impedimento quorumlibet quiete et pacifice possidere. Renunciantes etiam pro nobis omni iuri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis heredibus et successoribus nostris in dictis tribus choris competunt aut competere poterunt aequaliter in futurum. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus appendendum, presentibus strenuis uiris Arnolde de Luderitz, Gumprecht de Aldenhufen, Petro de Trutenbergk, militibus, Heinrico et Wernhero de Schulenburg et Gunzelino de Bertensleben, nostris aduocatis, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Soltwedel, anno domini M^o. CCC^o. LX. primo, dominica proxima ante diem sancti Michaelis Archangeli.

Nach dem Originale im Salz. Archiv XVI, 6.

CLXXII. Markgraf Ludwig d. R. vereignet für sich und seinen Bruder Otto der Marienkirche in Salzwedel eine Getreidepacht aus Büne, am 26. September 1361.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus Romanus, dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusatie — — nostro et illustris principis Ottonis, Marchionis Brandenburgensis, fratris nostri karissimi nomine, ob honorem et reuerentiam omnipotentis Dei, gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum, nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum Marchionum Brandenburg. predecessorum nostrorum pie recordationis, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam et specialiter ob remedium anime Diederici Thuriz bone memorie, quondam ciuis in antiqua ciuitate nostra Soltwedel, appropriauimus et presentibus appropriamus unum chorum siliginis annui pactus, in territorio dicto Werder in villa dicta Büne situm, de curia Arnoldi dimidium chorum siliginis, et de curia quam inhabitabit Heyne Holtvogt dimidium chorum siliginis singulis annis prouenientem, ad altare consecratum in honoré corporis Christi, situm in ecclesia parochiali B. virginis Marie predictae antique ciuitatis nostre Soltwedel, perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo quiete